Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

legitur immutabilis victus et lu-
ce ipsa clarior vitae fuit. Con-
versatus autem in deserto vestitum
habens de pilis cameli et zo-
nam pelliceam circa lumbos
suos locustas edebat et mel
silvestre ut increpabilis homi-
num mala nulla penitus haberet
ut in veste ut in epulis vo-
luptatem. Denique tanta eius
mentem divine legis emulacio pos-
sidebat ut et spiritualitatem pro fide
generationis prophetico vigore cor-
riperet et auctore fervente in se
spiritu sancti regem intrepidus
increparet errantem. maluit
quam vir blandissimus sub denuncia-
cione iusticie furenti succumbere
gladio quam veritatem quam
manifestare venerat auctore
festivitate presentis diei fratres
karissimi venerandi johannis baptiste ge-
minam nativitatem consecravit.
Qui idcirco in hoc seculum super-
na dispensatione directus est
non solum ut ipse prophetali sub-
limaretur gloria, sed ut omni-
um prophetarum preconia fir-
marentur. Nec inmerito ultimo
precipuo honore veneratur qui
speciali quadam gratia ob hoc re-
demptorem mundi novissimus
prophetavit ut eum primus ostenderet.
Hic enim solus prophetarum est
qui dominum nostrum ihesum christum quem
alii in longa futurum tempora
presignaverunt presens videre me-
ruit et annunciare presentem.
Nam sicut sacratissimum evan-
gelium refert, veniente domino
ad baptismum eius huiusmodi pro-

rupit in vocem dicens. Ecce ag-
nus dei, ecce qui tollit peccata mun-
di ihesus christus scilicet nimirum salvator ipse
de illo dicebat ad turbas. Quid
existis in deserto videre prophetam
dico vobis et plusquam prophetam.
Plus revera est quam propheta
cuius manibus, quod nulli est presti-
tum prophetarum, baptizandus se dei
filius inclinavit. Plusquam propheta
est cuius tanta est prerogativa
meritorum ut in uno eodemque
momento celi liberoque arbitrium
submersum aquis tingueret
in iordane spiritum quoque sancti
venientem cerneret in columba
et adtestantem vocem patris
audiret e celo. Hic est ille quem
aspirante spiritu sancto prescius
annunciat esaias dicens vox
clamantis in deserto parate viam
domini. Qua congrue fratres
beatus johannes predicatus est
vox qui celestis verbi preco mit-
tebatur et testis. Hic est ille
cuius per angelum gabrielem pro-
nunciatur nativitas nomen
et meritum. hic est qui iudicio ce-
lestis sententie cunctis mortalibus
anteferetur dicente domino non sur-
rexit inter natos mulierum ma-
ior johanne baptista. Quam
pulchre dominus inter natos mu-
lierum non esse maiorem johanne
baptista quia ille omnibus ma-
ior erat johanne qui de vir-
gine nascebatur. hic est etiam
qui maluit a rege perimi quam
regem non increpare peccantem.
Cuius perspectis advertite dilec-
tissimi quanta hunc reverencia